



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

44. Commissa ordinario executione, utrum cognoscere possit de iustitia
sententiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QUESTIO XLIV.

Commisla ordinario executione, utrum cognoscat de iustitia sententia.

Articulus hic partim pendet à traditis hoc eodem libro quaestione tertia, partim etiam ex traditis Doctorum, praesertim verò Panormitani latè disputantis, an executor admittere possit exceptiones. *cap. de casero per tit. de re iudic. in cap. fin. nu. 2. & seqq. de presump. cap. universitatis nu. 7. de sentent. excomm. Quintil. Mandos. tract. de Monitorius quaest. 60. nu. 16. & seqq.* Paucis, quod ordinarius exqui non teneatur sententiam, quam ei constat nullam esse, nec parere censuris & quibuscunque ordinationibus nullis, latè & doctè traditur apud Navarrum *in repetit. c. cum contin-gua Remed. 4. per tot. de rescript. tom. 3. tum quia Papa non cupit sua mandata execu-tioni demandari, quando lubest iusta causa ab eis supplicandi. Navarr. conf. 20. n. 2. de rescript. tum quia magis oportet obedire Deo quam homini in iquum praecipienti, quem dmodum post Andream Siculum & Felinum graviter Decius confirmavit in cap. si quando de rescript. Navarr. d. conf. 20. n. 2. in fine, vide infra lib. 4. quaest. 39. Quod an indifferenter in merito executore procedat, apud eundem Navarrum d. conf. 20. n. 3. dicentem merum executorem teneri exequi mandatum nedum Papae, sed etiam delegati, etiamsi esset injultum, *cap. pastoralis §. quia vero de offic. deleg.* si tamen talia sint, quae executioni demandari possunt sine divina offensione. Navarr. d. conf. 20. n. 2. alioquin secus. Quid vero in executore mixto, traditur à Doctoribus citatis, item quid si invocetur Brachium saeculare *v. infra li. 4. q. 83.**

QUESTIO XLV.

Quibus casibus ordinarii jurisdictionem habeant in Exemptos.

SUMMARIVM.

- | | |
|---|--|
| 1. Exempti delinquentes in Diocesi, puniuntur ab Episcopo. | 5. Episcopus condemnat exemptum in expensis. |
| 2. Etiam si persona non exempta delinquerent in loco exempto. | 6. Ratione rerum non exemptarum subicitur quis Episcopo. |
| 3. Paria sunt locum esse extra territorium vel exemptum. | 7. Monasteria subiciuntur quoad legem jurisdictionis. |
| 4. Exemptio realis non est trahenda ad personalem. | 8. Ordinarius declarat exemptos deliquisse. |
| | 9. Ma- |
- D d 2.